



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Compendium Summae seu Manualis Doct. Navarri

**Ávila, Esteban de
Azpilcueta, Martín de**

Lvgdvni, 1609

Votum II. quoad materiam.

urn:nbn:de:hbz:466:1-41656

VOTVM II.

Quoad materiam.

Votum de re mala factum non est votum. cap. 12. num. 25. Potest fieri de materia aliàs prohibita. Quòd si violerur, committitur duplex peccatum, necessariò confitendum. num. 25.

Votum faciendi, vel omittendi aliquid, cuius contrarium secundum se est melius, non valet. Neque factum de non faciendo aliqua consilia Christi; imò qui tale vouet, peccat. num. 25. & 29.

Peccat mort. qui vouet se non facturum opus consilij, quamuis esset sub præcepto: & qui vouet se non facturum, quod est de consilio, eo tamen animo vt displiceat Deo tantum, quantum mortalia crimina ei displicere solent. num. 35.

Votum de faciendo aliquod mortale, est mortale, & de veniali est veniale. numero 28.

Votum de rebus necessariò euenturis non est votum. Ibidem.

Promissio de re indifferenti, vt indifferentis est, non est votum: vt votum de non nendo in Sabbato in honorem B. Virginis, vel de non eundo in Gengenem ciuitatem, aut
de noq

de non ingrediendo talem domum, &c. absolute, & simpliciter sumptum non est votum, nisi adsit aliqua circumstantia bona, videlicet non nere in Sabbato, vt recitet plura rosaria, adire Genuam, vt veneretur & honoret Christi imaginem, quam Veronicam appellant. non ingredi talem domum, ne patiatuſ peccati scandalum: tunc enim huiusmodi vota cum his circumstantiis bona sunt, & valida. cap. 12. num. 28.

Votum factum ex causa mala impulsua, valet. num. 30.

Votum factum de aliqua poena, si commiserit homo tale, vel tale peccatum, valet. num. 31. & 43.

Votum factum se nudum peregrinaturum, inhonestum est, nec seruandum. nu. 39.

Votum ducendi vxorem, de se non est validum; secus in homine fragili, num. 43. §. 14.

Votum de non reddendo, vel non perendo debitum, factum sine licentia alterius coniugis, illicitum est. num. 60.

Votum numquam peccandi venialiter, non valet: & votum numquam peccandi mort. vel non valet, vel facile debet relaxari. num. 65.

Votum non committendi tale, vel tale veniale, & tale vel tale mortale, valet. ibidem.

DDd 5. Qui

Qui vouet absolutè religiosum esse, solum vouet ingressum. additum Nou. cap. 12. num. 47. 49.

VOTVM III.

Quoad obligationem.

Qui emisit votum non ingrediendi talem domum, ad euitandam occasionem peccati, cessante occasione, non obligatur voto. cap. 12. num. 28.

Votum ob malum finem factum, non obligat. num. 30.

Votum filiorum familiars à parentibus irritatum, vel votum religiosorum à suis praelatis irritatum non obligat. num. 25.

Votum de se obligat sub mortali. nu. 26. Solum propositum faciendi aliquid, non est votum, nec obligat etiam si quis induat habitum religionis. num. 26. corol. 6.

Votum factum sine animo adimplendi, validum est & obligatorium: secus si verbo tenus promitteret absque animo se obligandi. num. 27. & 38.

Qui vouet animo se obligandi & non adimplendi, peccat, & qui non adimplet votum factum animo vouendi, & non adimplendi, bis peccat. num. 38.

Votum